Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



75

introierunt enim quidam homines qui olim prescripti sunt
in hoc iudicio impii dientes nostrum gratiam in dominum nostrum ihesum xpm negan
tes. Commonere autem uos uolo scientes se
mel omnia quem dominus de terra egipti saluans se
cundo eos qui non crediderunt perdidit. Angelos quoque non
seruauerunt principatum suum sed dereliquerunt suum domi
cilium in iudicium magni diei uinculis eternis sub ca
ligine reseruauit. Sicut sodoma et gomorra
et finitime ciuitates similiter exfornicate et abeun
tes post carnem alterum facte sunt exemplum ignis eterni pena
sustinentes. Similiter et hic carnem quidem maculant
dominationem autem spernunt. maiestatem autem blasphe
mant; Cum michael archangelus cum diabolo dis
putans altercaret de moysi corpore non ausus iu
dicium inferre blasphemie sed dixit imperet
dns; hi autem quecumque quidem naturaliter tanquam muta
animalia nouerunt in his corrumpunt. Cam sdm
Ve illis qui uia cain abierunt. et errore balaam mercede
effusi sunt. et contradictione chore contradictione quoque perierunt. hi sunt in epulis
suis macule cuuiuantes sine timore semetipsos pas
centes. nubes sine aqua que a uentis circumferuntur.
arbores autumnales infructuose bismortue eradicate
in modum fluctiferi maris despumantes suas confu
siones. sidera errantia. quibus procella tenebrarum
in eternum seruata est. Prophetauit autem et
hi septimus ab adam enoch dicens. Ecce uenit dns
in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes et argu
ere omnes de omnibus operibus impietatis eorum quibus
impie egerunt. et de omnibus duris que locuti sunt contra
eum peccatores impii. hi sunt murmuratores. quere